



Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum
Spirituale**

**Blois, Louis de
Monasterii Campidonensis, 1672**

Cap. II. Quid sit Ecclesia, & quòd Concilium generale sit universalis
Ecclesia, ob idq[ue] non erret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](#)

HLUDOWICI BLOSII

364

**Colly-
rii hære-
ticorum
Lib. I.**

temperare ipsi universali Eccle-
siæ? Nam sicut corpus singulis
membris, ita Ecclesia singulis Apo-
stolis præstat. Rursum, si unum
Ecclesiæ membrum Paulus, de
his quæ ipse præceperat & præci-
piebat verè dixit, *Qui hæc spernit,
non hominem spernit, sed Deum:*
*quantò magis Ecclesia universalis
hoc de suis decretis ac iustis dice-
re potest?*

**1. Thess.
4.
Tradicio-
ner Eccle-
siae non
sunt me-
rè huma-
na.**

**Matth.
15.**

Solent hæretici obijcere locum
illum Evangelicum, ubi Domi-
nus ait, *Quare transgredimini
mandatum Dei propter traditionem
vestram?* Tales, inquiunt, tradi-
tiones Papisticæ sunt: traditiones
enim hominum sunt. Sed planè
futilis est ista objectio. Neque e-
nim verbis illis Christus repre-
hendit omnes traditiones huma-
nas (alioqui reprehenderet etiam
traditiones Apostolorum, qui ho-
mines fuerunt) sed eas duntaxat
hominum constitutiones & tra-
ditiones damnat, quæ ad divinū
cultum nihil conducunt, sed po-
tiū legi Dei adversantur: quales
utique nec sunt, nec unquam fue-
runt, nec erunt traditiones Eccle-
siæ Catholicæ & Apostolicæ,
quam docet Spiritus sanctus, jux-
ta ista Redemptoris verba: *Para-
cletus Spiritus sanctus vos docebit
omnia, & suggesteret vobis omnia que-
cunque dixerim vobis.* Item: *Ego ro-
gabo Patrem, & alium Paracletum
dabit vobis, ut maneat vobiscum in
eternum, Spiritum veritatis.*

**5.
Præsider
Ecclesia**

Sicut enim in unoquoque ho-
míne spiritus toti corpori præst,

cujus arbitrio & instinctu corpus ^{spiritus}
ipsum movetur: ita Spiritus san-
ctus universali Ecclesiæ præsideret
& ipsam in omnibus dirigit. Ob
idque Paulus Apostolus eam ap-
pellat columnam & firmamentum
veritatis: errare enim nescit in
his quæ sunt fidei, & quæ ad san-
ctos mores spectant. Quare, qui
contradicit Ecclesiæ, contradicit
Spiritui sancto, contradicit Chri-
sto Domino: alienus à Deo est,
profanus est. Hinc ipse Christus de-
tali homine dicit: *Si Ecclesiam non
audierit, sit tibi sicut ethimicus & pha-
bilicamus.*

CATUT II.

*Quid sit Ecclesia, & quod Concilium
generale sit universalis Eccle-
sia, ob idque non erret.*

1. *Primates Ecclesia, & generalia Concilia re-
præsentant totam Ecclesiam.*

2. *Borum formam & autoritatem ostenderunt*
Apostoli in suo Concilio Jerusalymitano, Art. 15.

3. *Vetus Ecclesia Iudeorum remittebat dubia de
religione ad Pontificem suum, Concilium Sacra-
dotum; non ad plebem aut Magistratum laicorum.*

4. *Concilia generalia non errant: diriguntur
enim a Spiritu sancto.*

5. *Nec posteriora corrugant priorum lepsiu, quan-
do alteri statuant; quia alia atas alios habet mo-
res, aliaq. postulat remedia.*

Ecclesia est quidem omnium
fidelium ad Christi corpus at-
tentantium congregatio: illam ta-
men repræsentant Præsides ejus,
sicut Præsides alicujus provinciæ
repræsentant totam Provinciam.
Nisi enim Præfuges Ecclesiæ ecclæ-
siam repræsentarent, quando Do-
minus ait: *Si te non audierit, adhi-
bere recum adhuc unu vel duos.* Quid
si non audierit eos, dic Ecclesia; ne-
cessè esset totum orbem perambu-
lare.

Iare, ut aliquid dici possit ecclesiae : toto enim orbe diffusi sunt fidèles, & membra ecclesiae. Omnino quando, Primitibus ecclesiæ coëuntibus, Concilium generale rite congregatur, ipsum universalem ecclesiam satis repræsentat ; neque oportet ut promiscuae plebis multitudo convoetur, plebs enim pastoribus commissa est.

2. Unde beatus Lucas evangeli-
sta in actis Apostolorum narrat,
Apostolo & seniores (non autem
reliquam multitudinē fidelium)
convenisse, ut deciderent quæ-
stionem exortam de circumcisio-
ne & observatione legis Moyi.
Ubi exactè describitur forma ce-
lebrandarum Synodorum ecclæ-
siasticarum, quam secuta est ipsa
Mater Ecclesia, posteaquam per-
secutione, quæ in Christianos sæ-
viebat, cessante, congregari po-
tuerunt Concilia.

3. Scriptura quoque veteris Te-
stamenti, non ad plebem, sed ad
Sacerdotes mittebat eos quid de-
re quapiam dubitabant. Dicit
enim. Si difficile & ambiguum apud
te iudicium esse perspiceris inter san-
guinem & sanguinem, causam &
causam, lepram & lepram, & iudi-
cum intra portas tuas videris verba
variari ; surge, & ascende ad lo-
cum, quem elegerit Dominus Deus
tuus. Veniesq; ad Sacerdotes Levi-
ci generis, & ad iudicem qui fuerit
illo tempore, queresq; ab eis ; qui in-
dicabant tibi iudicij veritatem. Et
facies quodcunq; dixerint qui præsunt

Colly-
rii ha-
retico-
rum.
Lib. I.

loco quem elegerit Dominus, & docue-
rini te iuxta legem eius, sequerisq; se-
ntentiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram.

Si quis obijciendo dixerit, pos-
se fieri ut generalia Concilia etiam
legitimè congregata errent, pro-
pterea quòd ipsa constent ex ho-
minibus qui errare possunt : Re-
spondendum erit, eos qui conciliū
generale legitimè institutum effi-
ciunt, esse quidem homines, non
tamē errare, & eo quòd univer-
salē Ecclesiam tunc repræsen-
tantes, ductorem doctoremque
Spiritum sanctum indubitanter
habeant. Concilia particularia
dum errant, emendantur per ple-
naria & generalia Concilia, quæ
ab errore aliena sunt.

Si tursum objecerit aliquis, **4.**
Concilia posteriora statuere inter-
dum aliqua aliter quā in priori-
bus Concilijs statuta fuerint ; &,
noñnulla hoc nostro sēculo afferi,
quæ olim dubia esse videbantur :
Nos respondebimus, sanctam ecclæ-
siam pro conditioне temporū
atq; causarum justissimè nonnun-
quam variare ea decreta, quæ ad
mores & gubernationem ecclæ-
siarum spectant, non autem variare
fidem. Dicemus, eandem Dei
Ecclesiam multa nunc certa habe-
re, quæ apud antiquos non ita

+ Hoc accipe sic, ut intelligatur Conciliū
generale errare non posse, quia Caput Ecclæ-
siæ & petra fundamentalis, qui est Pontifex
Romanus, præfici Concilio velut Caput &
Præfex infallibilis, & ille errare non potest,
ut est Mathæi 16. Tu es Petrus, & super hanc
petram edificabo Ecclæsiam meam, & porta inferi
non prevalebunt adversariam. Ita plerique
tentiant,

certa

Colly certa erant. Proficit enim quoti-
cij hæc titorum diè ipsa ecclæsia : cujus membra
Lib. 1. Deus magis magisque illustrat,
pleraque revelans posterioribus,
quæ priores ignorabant. Unde
Ecclæsia semper proposita illa comparatur auroræ, dicente
scientiæ ut aurora Scriptura: *Quæ est ista, quæ progressa?* Cant. 6. dicitur quasi aurora? Nam aurora,
quæ in suo ortu tenuius lumen
ostendit, in progressu fulgidior ap-
paret.

C A P U T III.

Quod auctoritas Ecclæsia non pen-
deat ex Scripturis; & quod si illa
decesset, pravi quique vel reycerent
vel male interpretarentur ipsas
Scripturas. De harum item
obscuritate, & quod non
omnibus tutum sit
eas legere.

1. Auctoritas Ecclæsia non pendet ex Scripturis,
licet ex ipsi clariſſimo probari posſit:
2. Scripturas enim non agnoscemus, niſi per
Ecclæsiam auctoritatem.
3. Quæſi nulla eſſet, quilibet protorvus Scri-
pturas pro ſuo arbitrio reyeret, aut abſurdè ex-
paneret.
4. Sunt enim obſcuræ difficultimèq.: & proinde
non ex proprio ingenio, ſed ex Ecclæſia & paſtorumque
ipſiū iudicio legenda ſunt & intelligenda.
5. Propter ea non eſt tutum omnib[us] illas legere:
ſed humiliib[us] duntur, Ecclæſia queſeſt iudicium ve-
nerantibus.

I. **Ecclesias** auctoritatem ex testimo-
nio Scripturarum pendere existi-
mant. Nam quando Apostoli &
Evangelistæ, nondum conſcriptis
ſactis evangelijs vel apſtolis, po-
pulum instituebant, ipſe populus
credebat atque obtemperabat, &
credere obtemperareque debebat
hiſ quæ ab ecclæſia proponeban-

tur; licet ea nusquam adhuc scripta
eſſent. Quod cùm ita ſit, quare
modò in omnibus ecclæſiae decre-
tis tam anxiè exiguntur expreſſa
Scripturarum testimonia? Nam
cùm illa idem caput nunchabeat
quod tunc habebat, eodemq; ve-
ritatis Spiritu modò gubernetur
quo tunc gubernabatur; nimis rūm
eandem etiam auctoritatem nunc
obtinet quam tunc obtinebat.

Profecto nos neque ep̄ſtas
Apostolorum, neque ipsum facio.
sanctum evangeliū certò ſcire-
mus aut crederemus eſſe Scriptu-
ras irrefragabiles, niſi auctoritas
ecclæſiae ita credendum eſſe decer-
neret. Quis enim aſſedit Apoſto-
lis vel evangeliſtis cùm ſcriberet?
Et quā nobrem non tantam fidem
habemus evangeliū Nicodemi
qui Christum vidit; quantam ha-
bemus evangeliū Marci, qui Chri-
ſtum non vidit: niſi quia iſtud in
numerum Scripturarum auchen-
ticarum ecclæſia reponit, illud
non reponit? Planè penes ſolam
ecclæſiam Catholicam (quæ ſicut
diximus, errare non potest) iſus
eſt determinandi & quæ Scriptu-
rae pro diuinis habenda ſint, &
quo ſeaſu eadē intelligi debeat.
Alioquin nihil apud Christians
certum eſſet. Nam iſte pro ſuo ar-
bitrio reijceret totum novum Te-
ſtamentum, ille alſernaretur ve-
tus: iſte iſtud, ille illud aſſereret
non eſſe ex canone ipſarum fa-
ſicraru[m] Litterarum. Rurſum
iſte aliter eas interpretari velet
quā ille, & ille aliter quā iſte.
Vide